

CONSILIORVM SEV ALLEGATIONVM


EXCELL.^{MI} DECRETORVM
DOCTORIS

DOMINI NICOLAI DE TVDESCHIS,
Siculi; Abbatis Monacen. Archiepiscopi Panormitani,
ac sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ
Cardinalis.

PARS PRIMA.

CONSILIVM PRIMVM.

- 1 Sponsus qui contraxit sponsalia per verba de presenti cum Titia, & accepit ab ea nomine dotis centum, si decedat ante matrimonii consummationem, an lucretur dotis dimidiam.
- 2 Matrimonium ex solo consensu de presenti, an sit verum.
- 3 Pactum de lucranda certa parte dotis in casu mortis, an sortiatur effectum suum altero coniugum religionem intrante.
- 4 Nuptia dictio, multipliciter in iure sumitur.
- 5 Sponsalia vulgariter dicuntur per verba de presenti.
- 6 Statuta ad ius commune reduci debent quantum fieri potest.
- 7 Lex constat ex mente & verbis.



Acti contingētia

talis est. † Quidam A. contraxit sponsalia per verba de presenti cum quadam B. & ab ea recepit dotis nomine mille. Contigit quod antequam sic desponsata duceretur ad domū, vel aliter consummaretur matrimonium, vita sancta extitit.

Nunc queritur, an dictus sponsus lucretur dimidiam dotis viso statuto infrascripto, videlicet si qua decesserit sine filiis ex viro cui nupta est, tempore sui obitus remaneat dimidia pars suarum dotium apud maritum, non computando in dicta dimidia lucro adnotationis propter nuptias, qua parte maritus priuari non possit &c. Postmodum factæ fuerunt aliquæ additiones ad dictum statutum, in quibus semper facta fuit mentio de filiis existentibus vel non. Et Christi & eiusdem matris nominibus inuocatis arguitur primo, ut veritas magis elucescat ad partem affirmatiuam sic. Statutum in deferendo hoc lucrum marito solū requirit duo. scilicet ut nupta mulier sit, & ut decedat sine filiis ex marito. Sed hæc duo contigerunt in facto proposito, ut statim probabo, ergo debet habere medietatem dotium: consequentia de se satis est nota, & maior etiam probatur. Nam verū est dicere, quod ista decessit sine filiis ex marito: cum nemo appareat, & facta non presumuntur, ut c. in presentia. de proba. & c. Rainaldus. & c. Rainaldus. extra de test. & in c. cum iure. de offi. dele. cum si. quod fuerit nupta apertissime probatur per tex. valde no. iudicio meo. in l. cum fuerit. ff. de cond. & dem. vbi apertissime probatur nuptam dici, licet non fuerit cognita. Et quod plus est etiam si non fuerit ducta, & factis est, quod interuenierit ad matrimonium consensus de presenti, qui solus facit matrimonium, & non carnalis comixtio, ut probatur ibi in fine illius l. & latius hoc tenent gl. & Bar. ibi. Secundo probatur per l. iii. ff. de dona. inter vir. & vxor. iuncta gl. in ver. concubine. vbi notatur, quod ad matrimonium

dicitur, & maritus & vxor dicuntur. contractus duntaxat de sponsalibus per verba de presenti, licet non interuenierit carnalis copula, & sic concludit ibi gl. quod sicut donatio etiam constante matrimonio prohibetur inter virū & vxorem consummato matrimonio, ita & matrimonio non consummato, ex quo interuenit consensus de presenti, & quod gl. ibi dicat hoc de iure canonico tenere, dico idem de iure ciuili, ut probatur in Auth. de nup. §. nuptias. & ibi bona gl. & opti. facit ille tex. ad istam partē, vbi probatur maxime iuncta gl. nuptias contrahi ex solo consensu vtriusque, scilicet viri & mulieris, licet aliud non interuenierit. † Tertio probatur per multa iura canonica, quæ cōiter dicunt matrimonium esse verum ex solo consensu de presenti, licet aliud non interuenierit, adeo quod per secundum, etiam cum copula non tollitur primum: quia habuit iam ex suo consensu suam essentiam, ut probatur in c. si. de spō. duo. & xxvii. q. ii. c. sufficit. & c. cum nuntiatur. cum multis seq. ad idem. c. vnicum. de voto. li. 6. & no. per Host. in c. ex publico. de conu. coniug. facit. n. diffinitio matrimonii, quæ ponitur, & declarat 27. q. ii. in prin. & Insti. de nup. in princ. vbi est bonus tex. cum glo. Quarto videtur de hac q. prima fronte casus, maxime iunctis dictis. Bal. ibi. in l. Deo nobis. C. de epif. & de. vbi dicitur probari, quod pactum de lucranda certa parte dotis in casu mortis, sortiatur effectum suum altero coniugum intrante religionem, & tamen certum est, quod post consummationem matrimonii non liceat alteri coniugum intrare religionem. de cōuer. coniug. c. cum sit. & c. ex publico. cum multis si. Si c. vñ intelligendus ille tex. quando alter intrat religionem contracto matrimonio, & nondum consummato: quia sic, licet etiam altero intuito, ut in c. ex publico. & c. ii. eo. ti. Et secundum hoc videtur probare ille tex. quod dictum pactum de lucranda certa parte dotis in casu mortis, vendicet sibi locum etiam in interueniente morte, post contracta sponsalia per verba de presenti, matrimonio nondum consummato, sicut contingit in casu nostro, & pro hoc faciunt ea quæ leguntur in l. non sine. C. de bo. quæ lib. Sed his non obstantibus. contrarium de iure puto verum. scilicet quod dictus vir nil lucretur prætextu dicti statuti. Et primo facio pro fundamento duo sup. posita. Primum, quod verbum nuptiæ, multipliciter in iure capitur. Quandoque capitur pro ipsa mera essentia coniugii, quæ solo consensu de presenti interueniente causatur, ut probatur in d. l. cum fuerit. in d. §. nuptias. c. omne nuptiarū bonum. xxvii. q. ii. cum si. Quandoque sumitur pro ipsa comixtione carnali, quæ interuenit contracto prius matrimonio, ut probatur in c. cam. & luce clarius probatur in c. genuit. maxime iuncta gl. quæ hoc tenet apertissime, eadē cā & q. & vbi aliquid per Archi. Quandoque sumitur pro apparatu festiuitatibus, quæ fiunt tempore quo vxor ducitur ad domum viri, ut probatur in c. nostrates. & c. fœminæ. 30. q. 5. & sic capitur in euangelio vbi dicitur, factæ sunt nuptiæ in Canan. Gallilæe, Pars I. Consil. Panor. A 2 quando